

PROF. HERMANN DIETRICH MEIBOM

Fakultät	Philosophische Fakultät
Geboren	1671 in Helmstedt
Gestorben	1745
Kurzvita	Phil. Prof. d. Geschichte in Helmstedt (1701–1705); Phil. Prof. d. Poesie in Helmstedt (1701–1702); ab 1705 Konsistorialrat in Wolfenbüttel;
Studium in Helmstedt	Immatrikulation in Helmstedt: Hermannus Dietericus Meibomius Helmstadiensis (13.09.1688)
Quelle	Ahrens 2004, S. 156 f.
GND	https://d-nb.info/gnd/104280611
Permalink	https://uni-helmstedt.hab.de/prof-147-meibom

Lehrstühle

1701–1704 Lehrstuhl für Geschichte, Helmstedt

1701–1702 Lehrstuhl für Poesie, Helmstedt

Ämter

1705: Wolfenbüttel, Konsistorialrat

Vorlesungen (8)

Hermannus Dietericus Meibomius demandatam sibi nuper clementissime a Ser.ma ac Pot.ma Domo Brunsvico-Lunaeb. Historiarum Professionem publice a Germaniae historia auspicaturus, eam inde a Caroli M. temporibus per feriem Germanicorum Caesarum ad praesens aevum ex optimis monumentis luculenter exponet. [...] Docet hora II., Sommersemester 1701

[...] Privatim vero in recentiori novissimorum duorum seculorum historia civili explicanda industriam suam collocabit., Sommersemester 1701

Hermannus Dietericus Meibomius, quam praeteritis mensibus per feriem Caesarum Germaniae explicuit Historiam, eandem inde ab Ottone M. a quo ipsa Imperii notitia proprie originem auspicatur & nova quaedam remporum periodus nascitur, ea, qua coepit ratione, sedulo in posterum continuabit. [...] Docet publice hora II., Wintersemester 1701/1702

[...] Privata etiam opera sua & consilio uti desiderantibus promptum se exhibebit., Wintersemester 1701/1702

Hermannus Dietericus Meibomius ad finem perductis quae in rebus Germanicis proxime superioris seculi explicanda supersunt, caeterorum Regnorum & Rerumpubl. Europae Historiam publice auspicabitur. [...] Docet publice hora IIda., Sommersemester 1702

[...] Privatim desiderio nobilissimorum quorundam juvenum satisfactorus, in Universali Historia ad ductum Tabularum Chronologicarum exponenda operam suam & industriam non patietur desiderari., Sommersemester 1702

Hermannus Dietericus Meibomius in exponenda principatum Germaniae notitia publice occupatus eundem laborem per proximum semestre continuabit, rerum Porussico-Brandenburgicarum explicationi, quam nuper est ingressus, reliquarum gentium pari instituto subjuncturus. [...] Docet publ. hora II., Wintersemester 1704/1705

[...] Privatim generalem Rerumpl. Europae historiam ad ductum Puffendorfianae Introductionis propediem auspicabitur, neque ulla ratione discendi cupidorum desideriis est defuturus., Wintersemester 1704/1705

Beteiligung an Dissertationen (2)

Widmungsempfänger in: Johann Werlhof (Präses): De Alienatione Et Concessione Iurium Quae Vocari Solent Regalia Disputatio, 01.07.1693. VD17 23:234881S

Respondent in: Georg d. Ä. Engelbrecht (Präses): De principum in dispensando potestate ex jure naturali, divino, civ. et can. Germaniaeque historia, 11.09.1695. VD17 23:250972N

Reden und Programme (3)

Hermann Dietrich Meibom: Oratio De Genuinis Historiae Germanicae Fontibus. VD17 23:259437M

Hermann Dietrich Meibom: Programma Publicis Praelectionibus historicis praemissum

Hermann Dietrich Meibom: Programma publicis in notitiam regnorum et rerumpublicarum Europae praelectionibus praemissum, in qua simul de Anglicanae historiae periodis et praecipuis scriptoribus disseritur

Rechenschaftsberichte

Zeitraum

Text

Mense Ianuario / Finitis feriis d. 16. ad Lectiones reversus eadem et seq. 19 titulos Comitum Palatin. Rheni explicui. / d. 20.22. et 23. Fundamenta praetensionum et Controversarum illustrium sum persecutus. / d. 26. et 27. Privilegia et varias praerogativas gentis exposui. / d. 29. et 30. Descriptionem Politicam regnorum Palatin. gentium terrae et incolarum commercia, redditus, vires etc. expendi, deq. praecip. Scriptoribus egi. / Mense Februario / d. 3, 5 et 6. Antiquum Gentis Sax. sta/[v]/tum atque deductionem stirpis Ducum Sax. ex Witikindea exposui. / d. 9 et sequentes Intervenerunt Nundinae Brunsvicenses. / d. 19 Postquam me ad lectiones recepi, usque ad finem mensis gentis Saxon. successionem, res gestas atque incrementa in praesens aevum sum persecutus. / Mense Martio / d. 2 et 3 Adhuc idem argumentu pertractavi. / d.5 et 6. In titulis regionum explicandis occupatus fui. / d. 9 et 10. Fundamenta Controversiarum et praetensionum illustrium explicui. / d. 12 et 13 Eminentia, privilegia et varias praerogativas eiusdem domus exposui. / [16r] / d. 16, 17, 19, et 20. Descriptionem Politicam regionum domus Sax. gentium terrae et incolarum, commercia, redditus, iura, vires etcetera expendi, deq. praecipuis scriptoribus disserui. / d. 23. Familiam Ducum Brunsvicensium ingressus eodem et sequentibus 24 26 et 27 origines eorundem in stirpe Atestina et Guelfica incrementa dein et sata usque ad erectionem novi Ducatus Brunsvici et Luneburgi exposui. Secutae sunt feriae Passionis dominicae et Paschales. Hermann Dieterich Meibomius.

Quelle

37 Alt, Nr.211, Heft 2, Fol. 15-16

Zeitraum	31.03.1701–24.06.1701
Text	Mense Aprili / Orationem habui inauguralem / Mense Maio / Die ultimo lectiones meas auspicatus futuris laboribus praelusi. / Mense Iunio / Diebus 2 et 3 De Francis et Francici imperii initiis et incrementis disserui. / Diebus 6 et 7 De Caroli Magni ortu, natalibus et maioribus egi. / Diebus 9 et 10 Expeditionem Caroli contra Langobardos, et diuturnum contra Saxones gestum bellum pluribus explicui. / Die 13 Reliqua a Carolo gesta bella absolvi. / Die 14 De imperatorio titulo et translato in Carolum Imperio Romanorum egi. / [v] / Die 16 Quis fuerit Carolino aevo civilis Germaniae et inprimis Saxoniae nostrae status explicui. / Die 17 Ea quae circa religionem et ecclesiae res a Carolo acta et fundatos in Saxonia Episcopatus consideravi. / Die 20 De his quae ad privatam Caroli vitam pertinent, et obitu eiusdem egi. / Diebus 21 et 23 Ludovici Pii, successoris Caroli initia regiminis explicavi, et divisionem inter filios institutam, omnium malorum, quae postea evenerunt, caput exposui. / Die 24 Festum Iohannis Baptistae / Hermannus Dietericus Meibomius
Quelle	37 Alt 2530, Fol. 51 f.
Zeitraum	04.07.1701–23.09.1701
Text	Mense Iulio / Diebus 4 et 5 Iulio De restitutione Ludovici Pii et his quae usque ad obitum eius acciderunt, egi. / Die 9 Ad acidulas Pyrmontanas profectus per residuum huius mensis legere non potui. / Mense Augusto / Diebus 9, 11 [et] 12 Ab acidulis redux fatalia Francico nomini inter filios Ludovici Pii dissidia, hincque subsecutas divisiones, et Germanici Imperii, ab occidentali Francorum s[ive?] Gallico penitus separati exordia exposui. / Die 15 et sequentes Aliquot propter nundinas Brunsvicenses a lectionibus cessavi. / Die 26 Eisdem iterum auspicatus, Ludovici Iun. imperium, et quomodo pontifices ab eo tempore potestatem suam stabilire et arbitria regnorum affectare intenderint, explicui. / [v] / Diebus 29 et 30 De praerepto a Carolo Calvo Germanico Rege Germanis imperio, et initis circa Lotharingiam, quae tum primum Germanicae reipublicae coniungi coepit, pactionibus, deque Arelatensis regni initiis egi. / Mense Septembri / Diebus 1 et 2 Quomodo in Carolo Crasso universae Carolingici imperii ditiones ad unum redierint, et eo postmodum a populis destituto, in partes iterum divelli coeperint. / Diebus 5 et 6 Nundinae oppidanae. / Diebus 8 et 9 Quae sub ultimis Carolingici generis Arnulpho et Ludovico IV. circa res Germanicas memoratu digna evenerunt, exposui. / Diebus 12 et 13 Quomodo post extinctam in Germania Caroli propaginem Germani Conradum Francum regem elegerint, eiusque succesor Henricus primus in Saxon. / [54 r] / gentem regiam Germanicam dignitatem intulerit, tradere coepi. / Diebus 15 et 16 Felix Henrici I. regimen [?], nec armis magis quam consiliis et optimis institutis firmatam rempublicam persecutus fui. / Diebus 19 et 20 Ottonis Magni a patre designati solennem electionem, repressosque sub auspicia imperii aemulos et rebelles exposui. / Diebus 22 et 23 Quomodo non minore virtute et fortuna foris confectis difficilibus bellis, et finibus imperii prolatis, Germanici nominis gloriam ad summum fastigium provexerit. / Secutae sunt feriae Micheliatanae. / Hermannus Dietericus Meibomius.
Quelle	37 Alt 2530; 37 Alt 211 Heft 1, Fol. 53 f.; Fol. 5 f.

Zeitraum	07.10.1701–23.12.1701
Text	<p>Mense Octobri / Diebus 7 et 10 De expeditionibus Ottonis Muttalicis et coniuncta cum Germania pereundem Imperii dignitate egi. / Die 11 De novo per Ottonem ad Albim constituto Sax. Ducatu, aliisque in eadem ordinatis disserui. / Diebus 13 et 14 Res imperii Ottone II. imperante persecutus fui. / Diebus 17 et 18 Motas ob minorem Ottonis III. atatem turbas, auctoritatemque imperii per Italiam magna severitate affectam explicui. / Die 20 Quomodo sub Ottonum Imperio ducum potestas invalescere et haereditaria fieri, episcopi etiam et abbates ecclesiasticam seculari miscere coeperint, digressionem institui. / Die 21 Henrici II. sancti res per Germaniam et Italiam gestas exposui. / Diebus 24 et 25 Res Conrado Salico imperante memorabiles, Burgundiam ad imperium reductam, / [v] / auctoritatemque domi forisque conservatam tradidi. / Diebus 27 et 28 Quomodo Henricus III. iura maiestatemque imperii in ecclesiae statu ordinando manu et consilio asseruerit, finesque imperii tuitus sit, explicui. / Die 31 Henrici IV. initia regiminis, eiusque adolescentiam tutorum licentia corruptam, viresque regiae potestatis immatura Imperatoris aetate polutas exposui. / Mense Novembri / Diebus 1, 3 et 4 Saxonum erga Henricum odiorum causas et subsequetas conspirationes et bella exsecutus fui. / Diebus 7 et 8 Contentiones eiusdem cum pontificibus et factam primo submissionem quomodoque postea contra eosdem et aemulos pereuntem dignitatem armis defendere conatus sit, exposui. / Diebus 10 et 11 Ultima Henrici et eiusdem tempestate susceptas primo transmarinas expeditiones recensui. / [56 r] / Diebus 14 et sequentes Aliquot propter nundinas oppidanarum et bibliothecae Calixtinae distractionem non legi. / Die 22 Ob impedimentum publicum legere non potui. / Diebus 24 et 25 Quomodo Henricus V. cum pontificibus collisus, ad iuris Saxonum demum et inaugurationum ecclesiasticarum cessionem descenderit, deque Mathildica, quae sedi Romanae facta traditur, donatione egi. / Diebus 28 et 29 Lotharii Saxonis imperium, Geminas in Italiam expeditiones, aliaque per Germanicam et Saxoniam constituta exposui. / Mense Decembri / Diebus 1 et 2 De Conrado III. deque Henrici superbi proscriptione bellisque inter eundem et Guelfum gestis et infausta in Orientem expeditione egi. / Diebus 5 et 6 Quomodo Fridericus primus auctoritatemque imperii contra Italos rebelles ac pontifices strenue vindicaverit, et septies eo susceptas / [57 r] / expeditiones explicui. / Diebus 8 et 9 De Friderici imperio et principalibus [?] in Henricum Leonem odiorum causis, gemino ducatu aliisque possessionibus ademptis et reliqua eiusdem fortuna egi. / Die 12 Alia adhuc per Fridericum gesta et in Orientem expeditionem exposui. / Die 13 Imperii Germanici res Henrico VI imperante explicui. / Die 15 Disputatio inauguralis. / Die 16 Duplicem Philippi et Ottonis electionem et inter utrumque amulum bella recensui. / Diebus 19 et 20 Ob iter necessarium non legi. / Diebus 22 et 23 Ottonis IV. cum pontifice ob iura imperii contentiones, infaustum cum Gallis praelium et reliqua usque ad obitum eius persecutus fui. / Secutae sunt Feriae Natalitae / Hermannus Dietericus Meibomius</p>
Quelle	37 Alt 2530, Fol. 55 ff.
Zeitraum	13.01.1702–31.03.1702
Text	Mense Ianuario / Diebus 13 et 16 Friderici II. perpetuas cum Pontifice contentiones, eidem hinc suscitatos aemulos, atque ducatus Brunsvico-

Luneburgensis erectionem exposui. / Die 17 Quomodo post eiusdem fata, nullo certo rectore, distracta inter civiles motus Germanici Imperii Republica eiusque compages tantum non dissoluta fuerit. / Diebus 19 et 20 Illustrium familiarum Sveviae et Austriae ducum itemque Landgrafiorum Thuringiae interitus, quomodoque hac et paulo superiori tempestate ad officiales Septem viros electionis iura sensim pervenerint, explicui. / Diebus 23 et 24 Quemadmodum sub Rudolpho I. tranquilliorem statum Germania recerperit, quaeque is domui suae auctoritatis et potentiae subsidia comparaverit, ac de non alienatis ab eodem Imperio per Italiam iuribus disserui. / Die 26 De Adolpho Hasovio egi. / Die 27 Alberti Austriaci regimen et Helvetici foederis initia exposui. / Diebus 30 et 31 De rebus ab Henrico VII per Germaniam / [v] /et Italiam fortiter gestis, de vero eiusdem mortis genere, deque Templariorum ordinis excidio egi. / Mense Februario / Die 2 Festum annunciationis Mariae. / Diebus 3, 6, et 7 Ludovici Bavari et Friderici Austriaci mutuas amulationes, et illius, aemulo devicto, acerrimas ob iura Imperii cum pontifice armis scriptisque agitatas contentiones exposui. / Die 9 De Günthero Schvartzburgico egi. / Diebus 10 et 13 Quemadmodum Carolus IV. iura et patrimonium Imperii dissipaverit, quomodoque is magno tranquillitatis Germaniae bono, certam eligendi rationem publica lege stabiliverit. / Die 14 A Wenceslav acta eiusque depositionem exposui. / Diebus 16 et 17 De Friderici Brunsvicensis electione, Ruperto Palatino et Iodoco disserui. / Diebus 20 et 21 Turbatum sub Sigismundo Ecclesiae et republicae statum, cum Pontificibus contentiones, inque conciliis Constantiensi et Basileensi acta explicui. / Diebus 23 et 24 Hussiticum bellum, aliaque per im / [55r] / perium ab ipso acta recensui. / Diebus 27 et 28 Ob iter necessarium non legi. / Mense Martio / Die 2 Alberto Austriaco egi. / Diebus 3 et 6 Friderici III. regimen variis turbis distractum, bellum Burgundicum, amplissimamque hereditatem Austriae domui per matrimonium Mariae exsecutus fui. / Die 7 De Orientalis Imperii Graecorum eversione disserui. / Diebus 9 et 10 Germaniae statum sub Maximiliano I. bonis legibus et institutis compositum, variaque eiusdem bella recensui. / Diebus 13 et 14 Caroli V. electionem, bellaque cum Gallo et per Africam gesta exposui. / Die 16 De bello Smalcaldico, hincque secuta Pace Passaviensi egi. / Diebus 17 et 20 De variis sub Carolo per Imperium abortis turbis, seditione rusticorum et Anabaptisticis tumultibus, deque Prussiae status mutatione egi. / [55v] / Diebus 21 et 23 Historiam Reformationis Ecclesiae per Germaniam exposui. / Die 24 De postremis Caroli eiusque abdicatione egi. / Die 27 Placidum et tranquillum sub Ferdinando I. imperii statum exposui. / Die 28 Moderatum Maximilian II. regimen et Gothani belli, concitore Grumbachio, eventum explicui. / Die 30 Sub Rudolpho II. acta, enataque inter ordines dissidentia et dissensionum semina, que funesto bello Germanico protesterunt [?], recensui. / Die 31 Causam Iuliacensem et exorta liga et Unionis in Imperio nomina exposui. / Hermannus Dietercus Meibomius. 37 Alt 2531, Fol. 54 f.

Quelle

Zeitraum

03.04.1702–29.06.1702

Text

Mense Aprili / Diebus 3 et 4 Nundinae oppidanae. / Diebus 6 et 7 Initia belli tricennalis et motuum Bohemicorum Matthia imperante explicui secutae sunt feriae passionis Dominicae A Paschales. / Die 27 Lectiones iterum auspiciatus ad res Germaniae, Ferdinando II summae rerum admoto, explicandas accessi.

/ Die 28 Susceptum a Friderico Palatino in Bohemos imperium, cladem eiusdem et res Austriacorum restitutas exposui. / Mense Maio / Diebus 1 et 2 Quae post Unionem, quae vocabatur, dissolutam pro Friderici causa a Mansfeldio, Durlacensi a Christiano Brunsvicensi varia fortuna fuere gesta, tradidi. / Diebus 4 et 5 Quemadmorum Caesar, cui artes aequae / [v] / ac arma succedebant, superioribus consiliis victoriae suae fructum corrumpere coeperit, deque translata in Bavarum septemviri dignitate legi. / Diebus 8 et 9 Qua ratione in Saxonia inferiore bellum pertractum, deque foedere Lauenburgico, ac quomodo post Christiani IV. Dan. R. cladem tota fere inferior Germania Caesaris armis infesta et maris Balthici imperium frenando Septentrioni Austriaci affectarint, exposui. / Die 11 De Edicto Ecclesiastico a Caesare proposito, ac Lipsiensi foedere disserui. / Diebus 12 et 15 De Gustavi Adolphi in Germaniam adventu et causis expeditionis ab ipso divulgatis egi. / Diebus 16 et 18 Quomodo is exigua manu immensos Austriae potentiae progressus steterit, fortunam Protestantium collapsam erexerit, et maiorem Germaniae partem intra paucos menses victoriis emensus fuerit. / [57r] / Die 19 Qui post Gustavi Adolphi mortem animorum [?] per Europam motus fuerint, deque foedere Heilbrunnensi egi. / Diebus 22 et 23 Norlingensem cladem, hincque colla bascentes [?] Suevorum res, sed foedere Gallico iterum firmatus, et pacem Pragensem exposui. / Die 25 Festum Ascensionis. / Die 26 Ferdinandi III. auspicia, quaeque ulterior fuerit partium fortuna recensui. / Diebus 29 et 30 Longam illam et difficilem pacis tractationem, quaeque per eandem definita, breviter persecutus fui. / Mense Iunio / Die 1 De comitiis Ratisbonensibus egi. / Die 2 Obitum Ferdinandi III. quodque eundem excepit exigui temporis interregnum, ac controversiam circa Vicariatum exposui. / [57v] / Secutae sunt Ferae Pentecostales. His finitis programma proposui, et / Die 27 Novas lectiones auspiciatus de Generali Rerum publicarum Europae notitia disserui. / Diebus 28 et 29 De Regnis Anglicani origine et antiquiori Historia paucis agere incepti. / Hermannus Dietricus Meibomius.

Quelle 37 Alt 2531, Fol. 56 f.

Zeitraum 03.07.1702–28.09.1702

Text Mense Iulio / Diebus 3 et 4 De Saxonum in Angliam expeditione et constitutis ibidem regnis disserui. / Postea ad acidulas Pyrmontanas profectus per reliquum huius mensis non legi. / Mense Augusto / Die 4 Lectiones iterum auspiciatus, quomodo Angliae regnum per Wilhelmum cogn. conquestorem pactis et victoriae iure in Normannicam familiam illatum, et ab eo hodierni imperii origo repetenda sit, exposui. / Diebus 7 et 8 De amplissimis in Gallia per reges ex Andegav. familia Angliae coniunctis provinciis, et cruentis inter utramque gentem perplura secula bellis diserui. / Diebus 10 et 11 Famosa illa inter duas regias familias dissidia, utriusque parti tandem exitiosa, persecutus fui. / Die 14 et sequentes Nundinae Brunsvicenses. / [v] / Die 24 Ad lectiones reversus, tranquillatam Henrici VIII. auspiciis et sapientissimis legibus ordinatam rempublicam exposui. / Die 25 Quomodo sub Henrico VIII. potentia regni aucta, et pontificum auctoritate convulsa Regia area [?] sacra vindicata potestas fuerit. / Die 28 De statu regni, Eduardo VI. imperante, egi. / Die 29 Festum Sanctissimum Johannis Baptistae. / Die 31 Quae Mariae Reginae acciderunt, exposui. / Mense Septembri / Die 1 Quomodo sub Elisabethae regimine ultima religionis negotio manus imposita, regnum commerciis et

Quelle	<p>maritima potentia effloruerit, et foris validius redditum, aliaque persecutus fui. / Diebus 4 et 5 Nundinae oppidanae. / Die 7 De auctis Jacob VI. Rex per Scotiae accessione Angliae viribus, coniuratione pulveraria, et auctoritate regis nimio pacis studio foris imminuta disserui. / [59r] / Diebus 8 et 11 Civilis inter Regem Carolum I. et Parlamentum belli causas et tristem eventum explicui. / Die 12 Quae hinc insecuta fuerit status mutatio, et per Cromvellum gesta exposui. / Die 14 De Caroli II. restitutione, bellis cum Batavis, aliisque sub eo actis egi. / Die 15 Breve Jacob II. Regimen, et rebus turbatis est regno discessum, quaeque hinc insecuta explicui. / Die 18 Desditionibus [?] Imperio Britannico subiectis egi. / Die 19 De coeli solique natura, genio populi, virtutibus et vitiis. / Die 21 De forma Reipublicae Parlamenti iuribus ac reservatis [?] et praerogativis regum. / Die 22 De statu religionis et Rei literariae. / Die 25 De potentia et viribus Regni, ac rebus imperantium. / Die 26 De foederibus, amicitiiis et inimitiis cum aliis rebus publicis / [59v] / Die 28 De praetensionibus et controversiis illustribus ac praecedentia regum. Secutae suat feriae Michaëlitanae. / Hermannus Dietericus Meibomius. 37 Alt 2531, Fol. 58 f.</p>
Zeitraum	10.10.1702–19.12.1702
Text	<p>Mense Octobri / Die 10 Notitiam Imperii Hispanici auspiciatus, initia eius regni et generaliores periodos exposui. / Diebus 12 et 13 Posita sub Ferdinando Catholico magnitudinis Hispaniae fundamenta et per utrumque orbem prolatum imperium explicui. / Diebus 16 et 17 Incrementa eiusdem per Austriacae familiae coniunctionem et felicem sub Carolo V. armorum successum persecutus fui. / Diebus 19 et 20 Consistorium publicum et privatum. / Diebus 23 et 24 Quemadmodum Philippo II. rege / [v] / imperium Hispanicum in potentiae fastigio constitutum sensim inclinare, et fatali fortunae suae conversioni appropinquare coeperit, exposui. / Diebus 26 et 27 Quomodo sub Philippo III. et IV. res Hispaniae inclinatae in dies magis prolapsae sint et praecipites iverint. / Diebus 30 et 31 Caroli II. Regis tempora continuis Gallorum bellis infesta, controversiam circa devolutionis ius et novissimas pacificationes explicui. / Mense Novembri / Die 2 De titulo Regis Hispanici et prolis regiae / [61r] / itemque insignibus egi. / Diebus 3 et 6 De coeli solique Hispanicum natura, rebus quae exportantur et importantur, et defectus incolarum causis disserui. / Die 7 De genio populi, virtutibus et vitiis. / Diebus 9 et 10 De divisione Hispaniae et provinciis eiusdem sigillatim egi. / Diebus 13 et 14 De regno Neapol. ad Hispanos spectante. / Diebus 17 et 18 Nundinae oppidanae. / Diebus 20 et 21 De ducatu mediol. et quae praeter illum tanquam feuda Imperium Germanici Hispani possident. / Die 23 Impeditus non legi. / Die 24 De Siciliae regno, Sardinia et Malta insulis. / [61v] / Die 27 De provinciis Hispano-Belgicis. / Diebus 28 et 30 De Americanis Hispanorum possessionibus egi. / Mense Decembris / Diebus 1 et 4 Quicquid in Africa et Asia illorum Imperio subest, exposui. / Diebus 5 et 7 De forma regiminis, dignitate Grandium, Ordine Equitum aurei velleris aliisque egi. / Die 8 De statu religionis et rei literariae per Hispaniam. / Diebus 11 et 12 De rationibus s. interesse ut vocant, regnis Hispaniae respectu finitimorum regnorum et rerumpublicarum / Diebus 18 et 19 De praetensionibus, praecedentia regum, ratione status etc. / Secutae sunt Feriae Natalitiae. / Hermann Dietericus Meibomius</p>

- Quelle 37 Alt 2531; 37 Alt 211 Heft 1, Fol. 60 ff., Fol. 88 f.
- Zeitraum 16.01.1703–30.03.1703
- Text Mense Ianuario / Diebus 16 et 18 Notitiam Regni Portugallici auspiciatus, originem eius et periodos explicui. / Diebus 19, 22 et 23 Quomodo inclinatio seculo XV, Viâ in Indiam orientalem Lusitanorum auspiciis patefacta, et Brasiliâ inventâ, cum orientis commercio ad ingentes opes et summum felicitatis fastigium sub Emanuele Rege Portugalliae pervenerit. / Die 25 Quemadmodum eadem sub Iohanne III in pristinae felicitatis culmine persistens, morte Sebastiani in Africa caesi multum inde deciderit. / Diebus 29 et 30 Controversiam de successione in Portugalliam, eiusque cum Castellae regno coniunctionem tractare, deque Pseudo-Sebastianis egi. / [v] / Mense Februario / Die 1 Disputatio Inauguralis. / Die 2 Festum Purificationis Mariae. / Diebus 5 et sequente Nundinae Brunsvicenses / Diebus 15 et 16 Ad lectiones reversus, quemadmodum Portugallia, Iohanne Bragantio R. functo, a Castellano iugo se in libertatem asseruerit, explicui. / Die 19 Bellum hinc cum Hispanis enatum, et pacem secutam, Alphonso VI. R. tradidi. / Diebus 20 et 22 Quomodo, Alphonso R. ob feros mores et imbecillitatem animi amoto, ad Petrum fratrem regimen pervenerit. / [64r] / Die 23 De titulo Regis et prolis regiae, deque insignibus egi. / Diebus 26 et 27 De coeli solique Portugalliae naturae indole populis et commerciis. / Mense Martio / Diebus 1 et 2 Ditiones, quae Portugalliae R. imperium per Europam et reliquum orbem agnoscunt, explicui. / Die 5 De forma regiminis et primariis regni dignitatibus egi. / Die 6 De statu religionis et rei literariae. / Die 8 De opibus regni, potentia et viribus. / Die 9 De rationibus eiusdem respectu finiti / [64v] / morum, deque praetensionibus, etc. / Hinc Programma novis lectionibus proposui, et. / Diebus 29 et 30 Lectionibus in notitiam regni Gallici prolusi. / Hermannus Dietericus Meibomius.
- Quelle 37 Alt 2532, Fol. 63 f.
- Zeitraum 26.04.1703–25.06.1703
- Text Mense Aprili / Post finitas ferias Paschales venditio fuit librorum publica, qua peracta ad lectiones reversus. / Diebus 26 et 27 De initiis Regni Gallici et prioribus duabus Regum familiis disserui. / Diebus 27 et 30 De tertiae Stirpis Carpingicae primo intervallo, eiusque directa stirpe, in seculo usque XIV florente, egi. / Mense Maio / Diebus 1 et 4 Valesiae gentis successionem, et nata hinc cum Anglis, ultra quam [?] seculum continuata bella, Galliae tantum non exitiosa, persecutus fui. / Diebus 7 et 8 Quomodo, anglis debellatis, regnum / [v] / velut e naufragio Caroli VII felicitate collectum et instauratum, sub Ludovico XI et postea partium adhuc avulsarum accensione magis emergerit. / Diebus 10, 11 et 14 Quemadmodum inde ad externas acquisitiones Gallia se accinxerit, Italicasque sub Carolo VIII, Ludovico XII et Francisco I. expeditiones, nullo fructu susceptas, exposui. / Die 15 De Henrico II. motibus Germanicis se immiscente, egi. / Die 17 Festum Adscensionis. / Diebus 18, 21 et 22 Civilia sub Henrico II filiis Franc II. Carolo IX et Henrico III. bella, per 40 fere annos continuata, recensui. / Diebus 24 et 25 Quomodo tandem sub Borboniae gentis Rege Henrico IV Gallia e civilibus malis emergerit, atque ad maiorem potentiam efloruerit. / [66r] / Secutae sunt Feriae Pentecostales. / Mense Iunio / Die 7 Lectiones repentines eodem et

- sequentibus. / Diebus 8, 11 et 12 Quemadmodum Ludovicus XIII, cum sub eiusdem minore aetate Gallia in intestinos motus esset revoluta, felicibus, dein Richelii consiliis, perpertuis domi forisque successibus magnitudinis Galliae fundamenta posuerit. / Diebus 14, 15, 18 et 19 Quae sub Ludovici XIV Imperio usque ad nostram aetatem per Gallos gesta, ordine persecutus sum. / Diebus 21, 22 et 25 Quae de titulis Regum Galliae, prole Regia, et insignibus memorari merentur, adieci. / Hermannus Dietericus Meibomius
- Quelle 37 Alt 2532, Fol. 65 f.
- Zeitraum 26.04.1703–25.06.1703
- Text Mense Aprili / Post finitas ferias Paschales venditio fuit librorum publica, qua peracta ad lectiones reversus. / Diebus 26 et 27 De initiis Regni Gallici et prioribus duabus Regum familiis disserui. / Diebus 27 et 30 De tertiae Stirpis Carpingicae primo intervallo, eiusque directa stirpe, in seculo usque XIV florente, egi. / Mense Maio / Diebus 1 et 4 Valesiae gentis successionem, et nata hinc cum Anglis, ultraque seculum continuata bella, Galliae tantum non exitiosa, persecutus fui. / Diebus 7 et 8 Quomodo, anglis debellatis, regnum / [v] / velut e naufragio Caroli VII felicitate collectum et instauratum, sub Ludovico XI et postea partium ad huc avulsarum accesione magis emergerit. / Diebus 10, 11 et 14 Quemadmodum inde ad externas acquisitiones Galliase accinxerit, Italiasque sub Carolo VIII, Ludovico XII et Francisco I. expeditiones, nullo fructu susceptas, exposui. / Die 15 De Henrico II. motibus Germanicis se immiscente, egi. / Die 17 Festum Adscensionis. / Diebus 18, 21 et 22 Civilia sub Henrico II filius Franc II. Carolo IX et Henrico III. bella, per 40 fere annos continuata, recensui. / Diebus 24 et 25 Quomodo tandem sub Borboniae gentis Rege Henrico IV Gallia e civilibus malis emerferit, atque ad maiorem potentiam eflorucrit. / [66r] / Secutae sunt Feriae Pentecostales. / Mense Iunio / Die 7 Lectiones repentis eodem et sequentibus. / Diebus 8, 11 et 12 Quemadmodum Ludovicus XIII, cum sub eiusdem minore atate Gallia in intestinos motus esset revoluta, felicibus, dein Richelii eonfilis, perpertuis domi forisque successibus magnitudinis Galliae fundamenta posuerit. / Diebus 14, 15, 18 et 19 Quae sub Ludovici XIV Imperio usque ad nostram aetatem per Gallos gesta, ordine persecutus sum. / Diebus 21, 22 et 25 Quae de titulis Regum Galliae, probe Regia, et insignibus memorari merentur, adieci. / Hermannus Dietericus Meibomius
- Quelle 37 Alt 2532, Fol. 67 f.
- Zeitraum 02.08.1703–22.09.1703
- Text Sub initium Iulii Mensis ad Acidulas Pymontanas profectus sum, unde sub exitum eiusdem reversus. / Mense Augusto / Ad lectiones redii, ac diebus 2 et 3 de coeli solique Gallici natura, indole populi, virtutibus ac vitiis egi. / Diebus 6, 7, 9 et 10 Ditiones Gallico Imperio subjectas et unitas explicui. / Die 13 et sequentes Nundinae Brunsvicenses. / Diebus 23 et 24 De forma regimis et legibus regni fundamentalibus disserui. / [v] / Diebus 27 et 28 De ratione administrandi, praecipuis regni ministris et Officiariis Coronae. / Diebus 29 et 30 De Paribus Franciae, Parlamentis atque ordinibus militaribus. / Mense Septembri / Diebus 3 et 4 Nundinae oppidanae. / Diebus 6 et 7 De statu religionis, Sanctione Pragmatica, concordato, iure regio quod vocatur La Regale, etc. egi. / Diebus 10 et 11 De Statu rei literariae, academia Gallica,

- Scientiarum, aliisque nostra aetate institutis disserui. / Diebus 13 et 14 De Opibus regni, potentia et viribus. / [70r] / Diebus 17 et 18 De rationibus eiusdem respectu finitimorum commerciis, etc. / Diebus 20 et 21 De praetensionibus Regum et praecedentia. / Die 22 Finem notitiae Regni Gallici imposui, alia quaedam eo pertinentia, adhuc paucis perfectus. / Hermannus Dietericus Meibomius
- Quelle 37 Alt 2532, Fol. 69 f.
- Zeitraum 11.01.1704–07.03.1704
- Text Mense Ianuario / Die 11 Ad lectiones reversus, inde usque ad 15 sub Sigismundo Imperium et in Reipublica et ad Ecclesiae statum tranquillandum acta simulque utriusque Concilii, Constantiensis et Basilensis, exposui die 17 De Alberto II Austriaco egi. / Diebus 18 et 22 Diuturnum Friderici III regimen et tranquillum sub eodem Germaniae statum explicui. / Die 21 Mutatio Vicerektoratus. / Die 23 De interitu occidentalis Imperii excidio Constantinopolis deque instaurato per eam occasionem in Occidente graecarum litterarum splendore et Typographia inventa digressionem feci. / Diebus 24, 25 et 28 Reipublicae Germanicae statum sub Maximiliano I., bonis legibus et institutis compositum expendi: bella itidem cum Gallis inprimis et Veneticis gesta et Burgundicam haereditatem in domum Austriacam illatam persecutus sum. / [v] / Diebus 29, 31 et 1 Februario Ingentem sub Carolo V. et in religionis negotio, et in civili statu, mutationem ingressus, res primo ab eodem gestas amplissimas secundum bellorum seriem percensui. / Mense Februario / In eius initium inciderunt Nundinae Brunsvicensis, quibus finitis usque ad diem duodevicesimum Civilia Caroli negotia et reformationis historiam explicare continuavi. / Die 19 Tranquillum Ferdinando I imperante Germaniae statum, Bohemiaeque et Ungariae regna Austriacae domui innexa exposui. / Die 21 Moderatum Maximiliani II regimen, multaue prudentiae et aquitatis laude gestum consideravi. / Diebus 22 [et] 25 Continuatam quidem sub Rudolpho II Germaniae tranquillitatem, sed enata passim contra pacem inprimis religiosam gravamina, atque facta hinc inter ordines discordiarum et dissidentiarum semina, quae futuris malis proluserunt, tradidi. / [62r] / Die 26 Turbatum sub Matthia Germaniae statum et initia motuum Bohemicorum explicui. / Mense Martio / Diebus 28 et 29 Februario [et] Diebus 3 [et] 4 Martio Quomodo in Bohemia accensa belli flamma, inde in proxima diffusa, universam mox Germaniam incendio suo involverit, bellique illius sub Ferdinandis II et III progressum sum persecutus. / Diebus 6 et 7 Pacis inde reducte historiam et mutatum per eandem Germaniae statum, inque Comitibus Ratisbonensibus paulo post insecutis acta tradidi, eorum porro, quae sub Leopoldo Augusto contigerunt, summam brevissimis perstrinxi. / Secutae sunt Feriae passionis Dominicae et Paschales. / Hermannus Dietericus Meibomius
- Quelle 37 Alt 2533, Fol. 61 f.
- Zeitraum 15.07.1704–22.09.1704
- Text Mense Iulio / A principio usque ad diem 15 In notitia principatum Germaniae, titulos regionum, quibus Austriaci Principes utuntur, explicare perrexi. Inde per residuum mensis et dimidium sequentis, ob iter valetudinis causa susceptum a lectionibus cessavi. / Mense Augusto / A die 22 Usque ad finem praetensiones et iura controversa Gentis Austriacae pertractavi. / Mense

	Septembri / Diebus 1, 2, 4 [et] 5 Eminentiam eiusdem, pri / [v] /vilegia et praerogativas explicui. / A die 8 usque ad 19 Descriptionem politicam regnorum Austriacarum et scriptores Gentis sum persecutus. / Diebus 22 et sequente Historiam gentis Borusso-Brandenburgicae ingressus primas eius origines et Burggrafiatus notitiam, usque ad Electoralem dignitatem familiae illatam recensui. / Secutae sunt feriae Michaëlitane. / Hermannus Dietericus Meibomius
Quelle	37 Alt 2533, Fol. 63
Zeitraum	07.10.1704–16.12.1704
Text	Mense Octobri / Die 7 Ad lectiones reversus inde usque ad sextum decimum gentis Borusso-Brandenburgensis successionem, res gestas atque incrementa usque in nostram aetatem sum persecutus / A die 17 Usque ad finem mensis in titulis regionum regis Borussiae explicandis occupatus fui / Mense Novembri / Diebus 3, 4 et 6 Fundamenta praetensionum et controversiarum illustrium, veluti circa hereditatem Clivensem, Ducatum Geldriae Regensteiniensis, Quedlinburgensis, circa hereditatem Argausionensem et ceteram exposui / Diebus 7, 10 et 11 Eminentiam, privilegia et va/ [v] /rias praerogativas gentis sum persecutus / Ad 13 ad 21 Descriptionem politicam regionum Regis Borussiae, genium terrae et incolarum, commercia, redditus, vires etc expendi / Die 24 Praecipuos scriptores recensui et examinavi / Die 25 Veteris regni et Ducatus Bavarici, atque originem stirpis Palatino Bavaricae hodiernae exposui / Diebus 27 et 28 Divisionem gentis in duas stirpes capitales tradidi atque de Bavarica separatim agere incepti / Mense Decembri / Diebus 1 et 2 Bavaricae gentis successionem et res gestas in praesens tempus continuavi / Die 4 Titulos regionum Electoris Bavariae exposui / [65r] / Die 5 Praetensionum et controversiarum illustrium, Ratisbonensis, Donawerdensis, circa Vicariatum etc fundamenta strictim tradidi / Diebus 8 et 9 Privilegia et praerogativas gentis recensui / Diebus 11 et 12 Descriptionem Politicam Bavariae, opes commercia, redditus, potentium etc expendi, deque praecipuis scriptoribus aliqua addidi / Die 15 De antiqua comitis Palatini historia, usque ad coniunctionem Palationatus Rheni cum ducatu Bavarico disserui / A die 16 Usque ad ingruentes ferias natalitias Stirpem Palatinam eiusque successionem et res gestas in praesens duo separatim exposui / Hermannus Dietericus Meibomius
Quelle	37 Alt 2533, Fol. 64 f.
Zeitraum	31.12.1704–28.02.1705
Text	Mense Ianuario / Finitis feriis die 16. ad lectiones reversus eodem et sequenti 19 titulos comitum palatinorum Rheni exposui. / Diebus 20, 22 et 23 Fundamenta praetensionum et controversiarum illorum sum persecutus. / Diebus 26 et 27 Privilegia et varias praerogationes gentis exposui. / Diebus 29 et 30 Descriptionem politicam renorum palatinorum genui terrae, et incolarum, commercia, redditus vires et cetera expendi, deque praecipuis scriptoribus egi. / Mense Februario / Diebus 3,5 et 6 Antiquum gentis sapientis / [v] / statum atque deductionem stirpis Ducum sap. ex Witikindea exposui. / Die 9 et sequentibus Intervenerunt nundinae Brunsvicenses. / Die 19 Postquam me ad lectiones recepi usque ad finem mensis gentis sapientis successionem, res gestas atque incrementa in praesens aevum sum

	persecutus. / Mense Martio / Diebus 2 et 3 Adhuc idem argumentum pertractatum. / Diebus 5 et 6 In titulis regnorum explicandis occupatus fui. / Diebus 9 et 10 Fundamenta controversiarum et praetensionum illorum explicui. / Diebus 12 et 13 Eminentia, privilegia et varias praerogativas eiusdem domus exposui. / [53r] / Diebus 16, 17, 19 et 20 Descriptionem politicam renorum domus sapientium genium terrae et incolarum, commercia, reditus iura, vires, et cetera expendi, deque praecipuis scriptoribus disserui. / Die 23 Familiam Ducum Brunsvicensium ingressus eodem / et sequentibus 24, 26 et 27 origines eorundem in stirpe arestina et Guelfica, incrementa dein et fata usque ad erectionem novi ducatus Brunsvici et Luneburgi exposui. Secutae sunt feriae passionis dominicae et paschales. Hermannus Dietericus Meibomius.
Quelle	37 Alt, Nr.2534, fol. 52-53
Zeitraum	31.03.1705–31.05.1705
Text	Mense Aprili / Finitis feriis passionis dominicae et Paschalibus publica fuit librorum venditio, a qua die 27 ad lectiones redii, eoque et sequentibus [diebus] 28 et 30 quae circa continuationem historiae gentis Guelficae restabant, absolvi. / Mense Maio / a die 1 usque ad [diem] 12 in titulis Principum, fundamentis iurium quorundam controversorum, privilegiis item et praerogativis domus eiusdem explicandis occupatus fui. / A die 14 ad [diem] 20 habitum et conditionem regionis, commercia reditus, vires etc expendi: adhaec de praecipuis scriptoribus egi, eoque commentationibus his de principum Germaniae familiis finem imposui./ [54] / Mense Iunio / Post finitas ferias Pentecostales die 12 novas in Pacem Ryswicensem lectiones auspicatus eodem et sequenti usque ad 19 historiam secuti super: usque ad Pacem Westphaliae et Neomagensem praemisi / diebus 22 et 23. quae inde usque ad armistitium vicennale et initia novi belli fuerunt acta ex publicis Imperii actis explicavi. Per reliquos mensis dies ob iter susceptum tantisper [?] a lectionibus cessavi./ Hermannus Dietericus Meibomius
Quelle	37 Alt, Nr.2534, fol.54-55

Zitierhinweis

Prof. Hermann Dietrich Meibom. In: Wissensproduktion an der Universität Helmstedt. Forschungsportal zur frühneuzeitlichen Universitätsgeschichte. Hrsg. von der Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel. 2010–2013. Relaunch 2026. Permalink: <https://uni-helmstedt.hab.de/prof-147-meibom> [07.07.2026]